


ADMONITIO

IN SEQUEMTEM NOTITIAM.



Jamdū questi sunt eruditi, quod Josephus Isæus in sua Lactantianorum operum editione duodecim appellaverit manuscriptos codices Vaticanos a se collatos, non indicata eorum ætate, nec quo tempore scripti putantur. Cum eundem cursum peragerem, in mentem mihi venit litterarum ac litteratorum Patronum non orare modo, sed et ab eo exorare, ut per ipsum mihi liceret mss. codicum Lactantii, quos servat Vaticana Bibliotheca, notitiam habere. Hanc ergo benigne curam suscepit eminentissimus cardinalis

^A Passioneus non tantum ob singularem ejus erga studiosos quosque amorem, verum etiam propter antiquam, qua me ab annis fere quadraginta complectitur, benevolentiam. En igitur hæc ipsa notitia, qualem eam eminentissimo cardinali ultro præbuit vir clariss. atque eruditiss. Josephus Simonius Assemanus, Bibliothecæ Vaticanæ custos. Hac, lector erudite, at non sine grato in litteratorum Patronum animo, fruaris velim.

NOTITIA

MANUSCRIPTORUM CODICUM

LUCI CÆCILII FIRMIANI LACTANTII,

QUI ASSERVANTUR ROMÆ, IN APOSTOLICA BIBLIOTHECA VATICANA.

Quos Josephus Isæus contulisse se testatur.

I. **CODEx VATICANUS**, signatus num. 215, in membrana, folia scripta continens 180, in eo continentur: Lactantii Firmiani Divinarum Institutionum libri septem a fol. 1 ad fol. 148; ejusdem de Ira Dei liber unus, fol. 149 ad fol. 165; ejusdem de Opificio Dei liber unus, fol. 165 ad fol. 180. Nulla temporis nota signatur; videtur autem scriptus circa annum 1480, quantum conjicere est ex pictura minio ornata codici prælixa.

II. **CODEx VATICANUS**, signatus num. 216, in membrana, folia scripta continens 264, exaratus 24 Augusti 1481, quemadmodum notatur ab amanuensi, extrema linea folii 264. Leguntur in eo: Lactantii Divinarum Institutionum libri septem, fol. 1; de Ira Dei, fol. 216; de Opificio Dei, fol. 235; Divinarum Institutionum Epitome, qualis tunc habebatur, cujus initium est, *Nam si initium*, vel potius, *Nam si Justitia*, fol. 234.

III. **CODEx VATICANUS**, signatus num. 217, in membrana, folia scripta continens 146. Nulla temporis nota affixa est; sed ejusdem ætatis ac duo præcedentes codices videtur. Sunt in eo: Lactantii Divinarum Institutionum libri septem, fol. 1; de Ira Dei, fol. 123, a tergo; de Opificio Dei, fol. 135, a tergo.

IV. **CODEx VATICANUS**, num. 218, in membrana, folia scripta continens 165, exaratus sub Sixto IV pontifice, cujus insignia codicis præfiguntur fol. 1. Hic vero apostolicam Romanam sedem occupavit a 9 Augusti anni 1471 ad 12 ejusdem mensis anni 1484; continenturque in eo: Divinarum Institutionum libri septem, fol. 1; de Ira Dei, fol. 134, a tergo; de Opificio Dei, fol. 150.

V. **CODEx VATICANUS**, num. 219, continens folia scripta 180, exaratus sub Julio II pont., cujus imago aurea codici præfigitur fol. 1 cum his litteris; *Julii II, Pont. Max.*; in membrana. Hic porro sedem apostolicam obtinuit a die 1 Novembris anni 1503 ad

B 21 Februarii 1515; quo in codice leguntur: Divinarum Institutionum libri septem, fol. 1; de Ira Dei, fol. 135; de Opificio Dei, fol. 166, a tergo.

VI. **CODEx VATICANUS**, num. 220, in membrana, folia scripta continens 171, exaratus ante annum 1447, Nam, fol. 172, extat nota Valterii cujusdam, qui testatur recepisse se duodecim ducatus in numerata pecunia pro pretio hujus codicis, anno Domini 1447, die 12 Decembris; reperiuntur in eo: Divinarum Institutionum libri septem, fol. 1; de Ira Dei, fol. 135; de Opificio Dei, fol. 166, a tergo.

VII. **CODEx VATICANUS**, 221, in membrana, folia scripta continens 281, exaratus circa annum 1450, uti ex præfixis picturis et imaginibus colligitur; continentur in eo: Divinarum Institutionum libri septem, fol. 1; de Ira Dei, fol. 252; initium, *de Summis necessitatibus*; exhortatur Demetrianum ad studendum pietati diligentius, et ad mundi contemptum; hanc epistolam Isæus non edidit; de Opificio Dei, fol. 267, uti apud Isæum.

VIII. **CODEx VATICANUS**, 222, in charta papyracea, folia continens 275, exaratus anno 1462, mense decembris, die vigesimo primo uti fol. ult. annotatur. Leguntur porro in eo: Divinarum Institutionum libri septem, fol. 1; de Ira Dei, fol. 225; de Opificio Dei, fol. 252.

IX. **CODEx VATICANUS**, 223, folia continens 217, exaratus in fol. in membrana per manus Johannis Hornsen, familiaris domini Corradi de Monte Politiano, uti annotatur fol. ult. cujus Corradi insignia præfiguntur fol. 1 cum his litteris: *A. Corradi de Monte Policiano*. Habentur in eo: Divinarum Institutionum libri septem, fol. 1. In fine est, fol. 195, hæc nota: Firmiani Lactantii (sic) Divinarum Institutionum ad Constantinum imperatorem, et adversus Gentes libri finit septem per manus Johannis Hornsen, indigni servuli egregii domini Corradi de Monte Politiano (sic) palatio apostolico, temporibus serenissimi domini Petri, Domini Nicolai divina Providentia papæ quinti, anno 1454, Pontificatus sui anno septimo. De Ira Dei ad Donatum, fol. 195, a tergo.

X. CODEX VAT., 224, in membrana, folia continens 125. Fuit olim Monasterii S. Crucis in Hierusalem Romæ, uti annotatur fol. 1, describunturque in eo : Divinarum Institut. libri septem a fol. 1 ad fol. 118.

XI. CODEX VAT., 225, in membrana, folia continens 135, sine nota temporis; sed ex scriptura colligitur, fuisse scriptum anno circiter 1460; leguntur in eo : Divinarum Institut. libri septem, fol. 1 ad 135.

XII. CODEX VAT., 226, in charta papyracea, folia continens 187. Fuit Antonii de Pichetis juris canonis peritissimi, uti annotatur fol. ultimo. Exaratus Papæ, anno 1441, die quarto Decembris, ut habetur fol. 180.

CODICES VATICANI

Quos non viderunt nec Josephus, nec Sigismundus Isæus, in editione Firmiani Lactantii.

1. CODEX VAT., 2876, chartaceus, in-4°, manu recentiori exaratus : Fol. 53. Fragmentum ex libro VII Lactantii Divinarum Institutionum.

2. CODEX VAT., 3152, chartaceus, in-4°. Fol. 21 : B Lactantii Firmiani de Festo die Resurrectionis Dominicæ versus. Initium :

Salve, festa dies toto venerabilis sevo,
Qua Deus infernum vicit, et astra tenet, etc.

Jam anno 1570 monuerat Thomasius in sua Lactantii editione, hæc carmina esse Venantii Fortunati. Videas quæ annotamus, pag. 270, tom. II hujusce editionis; fol. 25, ejusdem, de Ortu et obitu Phœnicis carmen :

Est locus in primo felix Oriente remotus,
Qua patet æterni maxima porta poli.

3. CODEX VAT., 3381, in membrana, in fol., ex libris Fulvii Ursini : Firmiani Lactantii in Statii Papinii Thebaidem expositio. — Prologus, sive proœmium : *Quæritur quo tempore fuerit Statius iste; constat veraciter, fuisse eum temporibus Vespasiani imperatoris, etc.*

Fraternas acies, alternaque regna profanis;

quia pacti erant fratres, ut mutuis annis regnarent, etc. Constat foliis 162.

Norum eruditi hanc expositionem in Statium non esse Firmiani Lactantii, sed Grammatici ejusdem, Luctantii scilicet vel Luctantii Placidi, aut etiam Placidi Lactantii, sub cuius etiam nomine extant glossæ quædam in Ovidii Metamorphoses.

4. CODEX VAT., 5154, fol. 110. Versus Lactantii de Phœnice :

Est locus in primo felix Oriente remotus, etc.

Ut cod. 315, fol. 28, in charta papyracea scriptus.

5. CODEX VAT., 5346 : Lactantii de Phœnice Elegia, fol. 21 :

Est locus in primo felix Oriente remotus (ut supra).

CODICES NUNC VATICANI,

Olim Palatini.

1. CODEX PALATINUS 161, membranaceus, sæculi XII; constat foliis 256 : Firmiani Lactantii Divinarum Institutionum, libri septem (deest initium libri primi); de Opificio Dei, fol. 256 (deest finis).

2. CODEX PALATINUS 162, membran. in fol. recent.; constat foliis 215 : Divinar. Institutionum libri septem, fol. 1; de Opificio hominis : *Quam minime*, fol. 193; de Ortu obituque Phœnicis : *Est locus in primo*, etc., fol. 209.

3. CODEX PALAT. 165, membran. recent. fol. 261 : De Ira Dei : *Animadverti sæpe*, fol. 1; Divinarum Institutionum libri septem, fol. 21; de Opificio ho-

minis : *Quam minime*, fol. 233; Index capitum Lactantii, fol. 253.

4. CODEX PALAT. 164, ex papyro, in-fol. 190 : Divinarum Institutionum libri septem, fol. 1; de Opificio hominis, fol. 157; de Ira Dei, fol. 174.

BIBLIOTHECÆ VATICANÆ URBINATENSIS

Codices Lactantii.

1. CODEX URBINATENSIS 58, membran. antiq. in fol. 282 : Divinarum Institut. libri septem, fol. 1; de Opificio Dei, fol. 234; de Ira Dei, fol. 258; Carmen de Phœnice : *Est locus*, etc., fol. 278; Carmen de Christi Resurrectione : *Salve, festa dies*, etc., fol. 281.

2. CODEX URBINAT. 361 : Lactantii Commentaria in Papinii Statii Thebaidem et Achilleidem : *Quæritur quo tempore*, ut in cod. Vat. 3381. In Pergameno; constat foliis 158

CODICES VATICANI

Bibliothecæ Regiæ Alexandrinæ,

Id est, ex Bibliotheca Christianæ Alexandræ, reginæ Suecorum.

1. CODEX REGIO-ALEXANDRINUS 149, in fol., membran., exaratus decima sexta die mensis Januarii anno Domini 1454, Bononiæ, uti folio ult. annotatur. Fuerat Bibliothecæ cardinalis et principis a Dietrichstain, Germani, ut notatur fol. 1. Constat foliis 244, ubi : Lactantii Divinar. Institut. libri septem, fol. 1; de Ira Dei : *Animadverti*, fol. 207; de Opificio Dei : *Quam minime*, fol. 226. In fine hæc ab amanuensi annotatur :

1436, die 3 Feb. correctum est hoc opus.

Die 20 Feb. 1438 correctum est secunda vice.

1459, die 8 Januarii hora 3, perfecti studium ejus.

1441, die 6 Feb. perfecti iterum studium ejus, corrigendo usque ad orthographiam.

2. COD. REGIO-ALEXANDRINUS 217, membran. in-4°. Fuerat Gerardi Joannis Vossii, uti annotatur fol. 4, deinde Alex. Petavii, num. 71, anno 1656, uti ibidem legitur : De Ira Dei : *Animadverti*, fol. 1; de Opificio Dei, fol. 25.

3. COD. REGIO-ALEXANDR. 265, membran., constat foliis 189. Ibi sunt : Lactantii Placidi, aut etiam Placidi Lactantii, sub cuius etiam nomine extant glossæ quædam in Ovidii Metamorphoses.

4. COD. REGIO-ALEXANDR. 268, ex papyro. Constat foliis 155, exaratus a Gotardo Stella, uti annotatur folio ult. Fuit Nicolai Heinsii, postea Petavii anno 1656, uti observatur, fol. 1 : Divinarum Institutionum libri septem, fol. 1 (deest initium); de Ira Dei : *Animadverti*, fol. 155; de Opificio Dei : *Quam minime sim quietus*, fol. 145.

5. COD. REGIO-ALEXANDR. 276, membran., antiq., constat foliis 241 : Divinarum Institutionum, libri septem : *Magno et excellenti*, fol. 1 ad fol. 249.

6. COD. REGIO-ALEXANDR. 1151, ex papyro, exaratus a Philippo Scholari Parisiensi, die sexto Octobr., anno Domini 1506, uti annotatur fol. 108 : Divinarum Institut. libri septem, *Magno et excellenti*, fol. 58 (imperfecti); de Ira Dei : *Animadverti*, fol. 77 ad 98.

7. COD. REGIO-ALEXANDR. 1959, membran., exaratus sub Nicolao V papa, uti constat ex ipsius Stemmate, fol. 2, a tergo. Fuerat patrum Theatinorum S. Silvestri, ut docet inscriptio apposita fol. 1; a Clemente XI in Bibliothecam Vaticanam illatus. Constat foliis 289 : Divinarum Institutionum lib. septem : *Magno et excellenti*, fol. 2; de Ira Dei : *Animadverti sæpe*, fol. 244; de Opificio hominis : *Quam minime sim quietus*, fol. 268.

VARIÆ EDITIONES LACTANTII.

Lactantii Firmiani de Divinis Institutionibus adversus Gentes, libri septem, necnon ejusdem ad Donatum de

Ira Dei liber unus, una cum libro de Opificio hominis ad Demetrianum, in-folio, in venerabili monasterio

Sublacensi, sub an. Domini MCCCCLXV, pontificatus Pauli pape II anno ejus secundo, indictione 15, die vero antepenultima mensis octobris. Hæc editio aliquando Romana dicitur, quam per errorem D. Bernard. de Montfaucon in Diario Italico ad annum MCCCCLXI retulerat. Est porro rarissima. Romæ reperitur in bibliotheca Barberina; Moguntia, in scrinio litterario nobiliss. capituli Moguntin.; Parisiis, in museo viri clariss. D. Claudii de Boze, Academiæ Gallia et Inscriptionum socii. Græca in ea editione quandoque, sed non semper leguntur, videturque ex unico solum desumpta ms. exemplari. Titulus libri in manu est exaratus. Hanc editionem, utpote minus comptam, juxta quosdam, existimavit editor Cantabrigiensis eam esse codicem manuscriptum: sed codex ms. CANTABRIGIENSIS, de quo mentio est in elencho præcedenti, diversus est ab edito. — In-folio, Romæ, in domo Petri de Maximis, apud Conradum Sweynheym, anno 1468. Extat tum in bibliotheca Regia Parisiis, tum in museo D. de Boze. Extat quoque Romæ in bibliotheca eminentissimi cardinalis Passionei. — In-folio, Romæ, cum præfatione Andreæ, episcopi Aleriensis, apud eundem Conradum Sweynheym, 1470. Extat in bibliotheca Regia Parisiis. Difert a priori an. 1468. — In-folio, Romæ, 1471. Hanc vidit et contulit Jo. Ludolphus Bunemannus. — In-folio, Venetiis, 1472, quam Gallæus, sed falso, omnium esse primam existimavit. Hanc Isæus, Heumannus et Bunemannus viderunt. — In-folio, sine loco et anno, sed in Germania excusa rudi caractere, jam a primis typographicis artis incunabulis. Hanc habet Romæ eminentissimus cardinalis Passioneus. Nec usquam eam reperi, neque in Germanorum, neque in Gallorum nostratum bibliothecis. — In-folio, Romæ, 1474. Extat in bibliotheca Regia Parisiis; extabatque in biblioth. Carpoviana, unde eam habuerat Christoph. Cellarius. Extabat etiam in bibliot. Hulsiana. — In-folio, Romæ, 1475. Hanc laudat Joh. Alb. Fabricius, quam tamen non extare putat Bunemannus. — In-folio, Rostochii, 1476. Hanc diligenter Heumannus et Bunemannus contulerunt. Græcorum in ea spatia vacua sunt relicta. — In-folio, Venetiis, per Joseph. de Colonia et Johan. Menthen de Gerretzem, 1478. Hæc editio satis est accurata, in qua Græca sunt edita. Extat in bibliotheca regalis abbatiæ Sanctæ Genovefæ; eaque usus est Heumannus. Hanc per errorem, propter nomen Josephi de Colonia, citat catalogus Hulsianus, sub anno 1478, tamquam Colonie excusam. — In-folio, Venetiis, per Andream de Palasichis Catarensem et Boninum de Boninis, 1478. Græca citata exhibet, sed rudi caractere; in ea excusa est Epitome. Romæ in eximia bibliotheca ejusdem eminentissimi cardinalis Passionei; hanc etiam habet Bunemannus. — In-folio, Venetiis, per Bernardinum de Benalis, 1483. Hanc laudant Fabricius, Mettaye, aliique; verum eam extitisse dubitat Bunemannus. — In-folio, Venetiis, per Theodorum de Ragazonibus de Asula, MCCCCLXXX (per errorem, pro MCCCCLXXX). Hanc habuerunt Isæus, Gallæus, Carpovius et Cellarius: hanc habet vir clariss. Claud. de Boze. — In-folio, Venetiis, per Vincentium Benadium, 1493. Extat in bibliotheca regalis abbatiæ S. Germani a Pratis. — In-folio, Venetiis, 1494, quam habuit Carpovius. — In-folio, Venetiis, per Simonem Bevilacqua, studio Andreæ Episcopi Aleriensis, 1497. Eam expressam putat Bunemannus ex editione 1470. — In-4° parvo, Parisiis, 1500, cum Ægidii Delphi annotationibus. — In-folio, Venetiis, cura Joan. de Tridino, 1502. Hanc ipse habui, et Joanni le Brun miseram anno 1709. — In-folio, Venetiis, cura ejusdem Joan. de Tridino, 1509. Hanc habebat Carpovius. — In-4° parvo, Parisiis, emendata ab Ægidio Mazeriensi, 1509. Idem est qui emendaverat editionem anni 1500. — In-folio, Venetiis, a Jano Parrhasio castigata, 1510. — In-8°, Antuerpiæ 1510. — In-4°, Parisiis, 1511. — In-folio, Venetiis, 1511, a Joan. de Tridino: eadem est ac Parrhasiana 1510; ea usi sunt Isæus et

A Gallæus. — In-4°, Parisiis, a Joanne Petit et Nicolao de Pratis, 1513, ex emendatione Ægidii Mazeriensi Delphi. Huic præfixus est titulus: *Lepida Lactantii Opera*, etc. — In-8°, Florentiæ Juntarum, ex emendatione Mariani Tuccii, 1513. Hanc habet bibliotheca Regia, eaque usi sunt Isæus, Gallæus et Heumannus. — In-8°, Venetiis, Aldus, ex emendatione Joan. Bapt. Egnatii Veneti, 1515. — In-folio, Parisiis, 1521. — In-folio, Venetiis, quam recensuit Janus Parrhasius, 1521. Hanc vidimus in bibliotheca Regia; in ea Græca sat emendate sunt edita. Eadem est ac Parrhasiana an 1510. — In-4°, Basileæ, Cratandri, 1521. Plerumque ex Aldina fuit desumpta; satis tamen est emendata. — In-folio, vel in-4°, Basileæ, Cratandri, 1525. Hanc Gallæus se usum esse dixit; vult tamen Bunemannus eandem esse cum ea anni 1521. — In-4°, Basileæ, Cratandri, 1524. Hanc usus est Bunemannus in emendando Lactantio. — In-folio, Parisiis, 1525. — In-folio, Basileæ, Cratandri, 1552. Ea usus est Cantabrigiensis editor. Hujusce editionis copiam fecit Joanni le Brun Nicol. Lengletius. — In-8°, Lugduni, 1552. — In-8°, Antuerpiæ, Joan. Graphæi, 1552, cum notis Erasmi ad Librum de Opificio Dei. Ea est quam Joanni le Brun olim misimus. Hanc habuit Heumannus. — In-4°, Basileæ, 1554. — In-8°, Venetiis, Aldus, ex castigatione Honorati Fasitelli Veneti ad codices Casinenses, 1555. Ea usi sunt Thomasius, Isæus et Gallæus; fuitque suo tempore editio princeps. — In-8°, Venetiis, Paulus Manuccius, 1558. — In-8°, Colonia, 1559. — In-8°, Antuerpiæ, Gymnicus, 1559. Hanc ex parte emendavit Erasmus Rotterodamensis, cujus leguntur annotationes in librum de Opificio Dei. — In-8°, Lugduni, Gryphus, ex emendatione Fasitellii, 1541: sat elegans. — In-8°, Lugduni, Gryphus, ex eadem emendatione, 1543. Hæc minus emendata. — In-folio, Colonia, 1544, cum notis Desiderii Erasmi ad libellum de Opificio Dei. Hæc est eximia et emendatissima. — In-4°, Basileæ, 1545, alis 1546. — In-16, Lugduni, Tornesius, ex emendatione Fasitellii, 1548. Editio elegans et nitida. — In-16, Lugduni, Tornesius, 1555, ex eadem emendatione Fasitellii. — In-8°, Antuerpiæ, 1553. Hæc laudatur ab Elia Dupin in Bibliotheca Ecclesiastica. — In-8°, Antuerpiæ, Gymnicus, 1555, cum Erasmi annotationibus in librum de Opificio Dei. — In-16, Lugduni, Tornesii, 1556, ex castigatione Fasitellii: sat nitida. — In-8°, Antuerpiæ, 1556. — In-folio, Basileæ, ex officina Henrici Petri, 1556, ubi, juxta Elia Dupin et P. D. Remigium Ceillier, bis fuit edita. Editio quidem est in hæresiologia Jo. Heroldi. Verum Claudius Ceillier existimat eandem separatim editam fuisse, hoc ipso anno 1556. — In-folio, Basileæ, Henrici Petri, 1559. — In-16, Parisiis, Hieronymus de Marnef, 1561, ex recensione Fasitellii; parum nitida. — In-folio, Basileæ, cum Xysti Betuleii commentariis, 1565. Non omnino probatur eruditus, quamvis in iis multa, et fortasse plura quam par est, Betuleius congresserit. — In-8°, Parisiis, 1563. — In-16, Parisiis, 1565. — In-16, Lugduni, Tornesii, 1567: sat elegans, ac emendata ad codicem ms. quem sibi comparaverat Tornesius. — In-8°, Antuerpiæ, 1568. — In-8°, Antuerpiæ, Stelsii, 1570, cum notis Erasmi ad libellum de Opificio Dei. — In-8°, Antuerpiæ, ex officina Plantiniana, 1570. Sat elegans, ex emendatione Michaelis Thomasi ad duos codices Bononienses et septem Vaticanos. Hæc Gronovio minus placebat, nec omnino placuit Isæo, qui observat Thomasi ad nonnulla quidem textus Lactantiani medicam manum adhibuisse, sed pleraque et prope innumera reliquisse plane intacta: quapropter nos admonet, se in Thomasi textu emendasse trecenta et amplius errata, ut Lactantio puriorem et integriorem redderet. — In-8°, Antuerpiæ, 1579. — In-16, Lugduni, Tornesii, 1579, ad duos mss. codices emendata. — In-8°, Antuerpiæ, 1580. — In-16, Lugduni, Tornesii, 1586. — In-8°, Antuerpiæ, Plantin, 1587. Hæc est altera Thomasi emenda-

tionis editio; nihil tamen in ea fuit immutatum. — A In-8°, Lugduni, Tornesii, 1587. Hæc editio emendata est ad multos codd. manuscriptos, atque etiam ad notas varias a Jacobo Cujacio transmissas. — In-folio, Parisiis, 1589, in Bibliotheca Patrum. — In-16, Lugduni, Tornesii, 1594. Non differt ab editione anni 1587. — In-8°, Parisiis, 1589, ex recensione Thomasi. — In-16, Lugduni, Thomæ Soubron, 1594; sat emendata, quamvis minus compta. — Colonia Allobrogum (id est, Genevæ), Tornesii, 1613; ex duobus mss. a Jacobo Cujacio emendata. Multi eam faciunt Gallæus; in ea tamen Isæus se animadvertisse asserit textum Lactantii ubique esse corruptum. — In-16, Colonia, 1615, teste Bueemannio. Eadem forsitan cum superiori. — In-16, Lugduni, 1615 et 1616. — In-16, Genevæ, 1650. — In-folio, Lugduni, 1642. — In-folio, Cæsena, 1656. Josephi Isæi cura et castigatione, ad duos Bononienses et duodecim Vaticanos mss. codices emendata. — In-folio, Romæ, Mascardi, 1750, ex Isæi emendatione. Verum non nova, sed eadem plane est ac Cæsensis editio. — B prima fronte solum immutata. — In-8°, Lugduni Batavor., ex emendatione Antonii Thysii, 1652: sat nitida est, sed parvi est apud eruditos momenti; hæc capite 15 libri primi corrupta est, ubi agitur de Platone. — In-8°, cum selectis variorum notis a Servato Gallæo, Lugduni Batavorum, 1660. Hæc sat elegans est. Omnes fere notas surripuit Gallæus ex editione Betuleji et e schædis Salmasii; at quosdam contulerat mss. codices, quorum variaz lectiones adjectæ sunt ad finem libri. Quæ cum non sit usquequaque emendata, in eam Joan. le Brun habuit annotationes Petri Francii, historiarum et eloquentiæ professoris in Amstelodamensi gymnasio. Ea simili modo usi sumus in hæc nostra editio. — In-8°, Oxonii, ex recensione et cum notulis quibusdam Thomæ Spark, 1684. Elegans est ac emendata ad quinque codices mss. In ea editus est liber de Mortibus persecutorum. Aque ac Joan. le Brun ista usi sumus editione. — In-8°, Cantabrigiæ, 1685. Sat elegans: sed ex Thomasiانا editione expressa est. Usus tamen fuit editor duobus mss. codicibus, quorum varias lectiones præmisit libris Lactantii. In ea itidem legitur liber de Mortibus persecutorum. Verum, sed falso, putat Albertus Fabricius hunc editorem exemplar Sublacense habuisse pro manuscripto codice. — In-8°, ex recensione Christoph. Cellarii, Lipsiæ, 1698. Quamvis emendata, non est tamen omnino inculcata, quasdam nihilominus notas habet non exigui momenti. — In-8°, ex recensione Jo. Geor. Walchii, Lipsiæ, 1715. Primus Epitomen vulgavit integram cum aliis Lactantii operibus. Præfixa est erudita disquisitio de vita et stylo Lactantii. In ea editione aliquid desiderant eruditi. Quid mirum? An clariss. Walchius, qui vix annum vigeimum attigerat, potuit in edendo Lactantio idem artis criticæ et doctrinæ, quibus nunc quinquagenarius pollet, specimen edere? Num eadem ætate, non doctiorem dico, sed æque doctam emisissent lucubrationem Walchii reprehensores? — In-8°, ex emendatione Christoph. August. Hemmanni, Gotingæ, 1756. Hæc editio prioribus longe est perfectior. In ea, quibusdam tamen immutatis, servatus est Christoph. Cellarii textus; atque notæ Cellarianis addite sunt ubique novæ ac eruditæ: hæc editionem attentius legimus eaque usi sumus. — In-8°, ex emendatione Jo. Ludolphi Bueemannii, Lipsiæ, 1759. Jam ad finem præparabat nostra Lactantiana editio, cum hæc eximiam accepi a doctissimo Joh. Daniel. Schæpplino, historiarum et eloquentiæ in Argentorat. Academia professore. Mirum est quantum laboris ac studii impenderit clariss. Bueemannus in edendo Lactantio: notas ex eo collegimus, eas etiam que nostris opinionibus adversabantur, ut uno quasi intuitu hæc nova cæteras omnes complecteretur editiones.

Nota. In Elencho variarum Lactantii editionum prætermisi eas, quæ missæ sunt in Bibliothecis

Sanctorum Patrum, quos inter Lactantii opera non infimum locum obtinent. At illæ Patrum collectiones sexies saltem editæ sunt, vel Colonia Agrippinæ, vel Parisiis, vel Lugduni. Hæc porro editiones non sunt ad mss. codices emendatæ, sed ex aliquo jam edito exemplari expressæ.

PARTES LACTANTIANORUM OPERUM SEORSIM EDITE.

L. Cæcilius Lactantius Firmianus, *de Opificio Dei, seu Formatione hominis*, ex recensione et cum notis Desiderii Erasmi. in-8°, Basileæ, Froben, 1529. — In-8°, Parisiis, Colineus, 1529. — In-4°, Parisiis, 1551. Hæc annotationum prædierunt in aliis quibusdam Lactantii editionibus, quod jam observavimus. Istæ porro, quamvis utiles, pauca tamen sunt, nec tres paginas editionis nostræ implerent. — Idem liber cum observationibus Jodoci Wittlichii, in-8°, Francofurti et Argentorati, 1542. Hanc editionem habet bibliotheca Regia. — Idem liber ex emendatione Georgii Lud. Goldneri, cum Vita Lactantii et iudicis eruditorum, in-8°, Geræ, 1714.

Lucius Cæcilius Lactantius Firmianus, *de Mortibus persecutorum*, edente cum annotationibus clariss. viro Stephano Baluzio, in-8°, Parisiis, 1679, tomo II, Miscellaneorum. — Idem separatim editus, in-8°, Parisiis, 1679. — Idem, verum sine notis Baluzii, a Joan. Fell., in-12, Oxonii, 1680. — Idem, cum notis Joannis Columbi, in-8°, Aboæ in Finlandia, 1634. — Idem liber cum notis variorum, scilicet Baluzii, Columbi, Gisberti Cuperi, Toinardi et Pauli Bauldri, in-8°, Ultrajecti, 1692 et 1695, nam utranque annum præfert eadem editio. — Idem, cura et cum observationibus Nicolai le Nourry, monachi Benedictini e Congregatione S. Mauri, in-8°, Parisiis, 1710. De his omnibus editionibus verba fecimus in præfatione secundi voluminis. L. Cæcilius Lactantii Firmiani Epitome Divinæ Institutionum, edente viro clariss. et doctiss. Christoph. Matth. Pfaffio, Academiæ Tubingensis cancellario, in-8°, Parisiis, 1712. — In-8°, cum notis Jo. Davisii, Cantabrigiæ, 1718.

QUÆDAM LACTANTIANA IN LINGUAS VULGARES VERSA.

Lactance Firmian, des Divines Institutions, contre les religions et erreurs des gentils et idolâtres (traduit en français par René Fame, secrétaire du roi François I^{er}), in-folio, Paris, 1546; — in-folio, Lyon, 1547; — in-16, Paris, 1555; — in-16, Lyon, de Tournes, 1563; — in-16, Paris, 1584. Hæc sola est translatio integra Divinarum Institutionum nostri Lactantii.

Le premier livre des Institutions Divines, traduit en français par M. Drouet de Maupertuis, in-12, Avignon, 1710.

Traité de la Colère de Dieu, traduit du latin de Lactance, précédé d'un discours sur la vie, les sentiments et les ouvrages de l'auteur, en forme d'apologie; par M. Dreux du Radier, conseiller du roi, lieutenant particulier à Châteauneuf en Thimerais. Hanc elegantissimam translationem penes me habeo manu exaratam, a diligenti auctore mihi amice et benevole committam. Nil vehementius opto, quam ut mox prælo subiciatur. Ex vita Lactantii ab ipso exarata quædam exceperis, eleganti et concinno auctore ultro annuente.

Traité de Lactance de la Mort des persécuteurs de l'Eglise, mis en français par M. de Maucroix, chanoine de l'église cathédrale de Reims, in-12, Paris, 1680. Hæc translatio non elegans solummodo est, verum etiam elegantissima. — Idem liber anglie versus a Gilberto Burneto, epi-copo Sarisburiensi, cum præfatione de persecutione in christianos, in-8°, Londini, 1686 et 1714. Præfationem istius operis fatetur ipse Albertus Fabricius esse parum decentem. — *Le même livre, traduit en français sur la version anglaise de M. Burnet, avec la préface*, in-8°, Utrecht, 1687.

Symphorien Champier, Traduction du grec en français des prophéties des Sybilles, mises en vers fran-

quis dans la Nef des Dames. Hæc parum ad illustrandam Lactantium conferunt; ex eo tamen conjicitur, quanti auctorem nostrum fecerint eruditi.

DISSERTATIONES AD LACTANTIUM.

Antonini Raudensis, theologi ordinis Minorum, *Firmitati Lactantii errorum libri tres.*

Anthologia Lactantii Firmiani, elegantissimas sententias, easque tam pietate, quam doctrina illustres, compertens: recenter in locos digesta communes, per Thomam Beconum, in-8°, Lugduni, 1558. Hæc Anthologia quædam est Lactantiana theologia, qua ad certa capita revocantur ea omnia, quæ in Lactantio leguntur de Deo et rebus divinis; atque etiam illa in quibus agitur de christianorum moribus.

Jean Gardei, *Collection des fleurs de Lactance Firmian, contenant sentences très-belles*, in-8°. Hic liber idem fere est cum Thomæ Beconi Anthologia.

Défense des sentimens de Lactance sur le sujet de

A Fusure; par M. Louis Bulteau, in-12, Paris, 1671 et 1677.

Nicolai Toinardi *Notæ in Lactantium, de Moribus persecutorum*, in-12, 1690. Has notas, quæ doctores sunt, edidimus.

Jo. Augusti Krebsii, *de Stylo Lactantii*, in-4°, Halæ Saxonum, 1702. Hanc dignam, quæ editionibus Lactantii adjugetur, judicant Memoria Trivoltianæ anni 1706, pag. 1069.

Matthiæ Nic. Kortholti, *Dissertatio de Cicerone christiano Lactantio*, in 4°, Giessæ, 1711.

Danielis Micheli *Introductio ad historiam litterariam*, in 8°, Cantabrigiæ, 1721 in qua eximia legitur disquisitio critica de codice Colbertino *de Moribus persecutorum*, a pagina 187 ad 210, contra Nicolaum le Nourry, ordinis S. Benedicti.

Josephini Justi *Diatribe historico-philosophica de Philosophia Lucii Lactantii Firmiani*, in-8°, Jenæ, 1753.

ANALYSIS

LIBRI PRIMI LACTANTII.

ARGUMENTUM.

Propositio generalis primi et secundi libri est religiones deorum esse falsas. Speciales libri primi partes sunt quatuor:

Proœmium, cap. 1.

Providentiæ assertio, cap. 2.

Assertio unius veri Dei, cap. 3, 4, 5, 6, 7.

Refutatio deorum gentilium, inde ad finem.

Proœmium tria continet:

Causas hujus scriptiōnis.

Προσφώνησις ad Constantinum Magnum.

Repetitionem primariæ causæ hujus scriptiōnis: ubi ratio exponitur cur tam pauci religioni assentiantur.

Causæ quibus motus Lactantius orator hanc de religione disputationem instituerit, quinque recensentur.

Prima: Succurrere vult iis, quibus prorsus ignota vera religio, quorum multi veritatem quæsiverunt, sed frustra, quia arcanum summi Dei ingenio ac propriis sensibus non potest comprehendi.

Secunda: Succurrere vult iis, quibus aliquo modo innotuit vera religio: sed eam vel contemnunt, ut docti, quod idoneis assertoribus egeat; vel oderunt, ut indocti, ob insitam sibi austeritatem.

Tertia: Quia non tam de rebus humanis bene meretur, qui scientiam bene dicendi affert, quam qui pie atque innocenter docet vivere.

Quarta: Quia maximi oratores extremum vitæ actum philosophiæ tribuerunt; ergo justius ego theologiæ tribuam.

Quinta: Viri prudentes Institutiones juris civilis ediderunt; melius igitur ego divinas Institutiones persequar.

Προσφώνησις ad imperatorem Constantinum, qua illi gratulatur de veritatis agnitione.

Repetit causam principem institutæ disputationis, ut homines avocet ab erroribus, additque rationem cur tam pauci religioni veræ assentiantur: quod multi obdurent se contra manifestam veritatem, nec cogitent, quare sint nati; hæc enim pravitatis est causa, ignoratio sui.

Alter pars libri primi questionem de providentiâ pertractat: An sit providentiâ? Lactantius non copiosa hæc thesım demonstratione indigere scribit; tum quod Stoici et Cicero satis argute negativam referant; tum quod omnes populi in hac una re consensunt esse providentiâ, cap. 2.

B Tertia parte asserit unum esse Deum, mundi hujus conditorem, et gubernatorem; idque rationibus et auctoritatibus confirmat.

RATIONIBUS.

Quia Deus est perfectus. Ergo non potest esse nisi unus.

Quia Deus non capit interitum. Ergo nec divisionem.

Quia unus Deus facere mundum potuit. Ergo et regere.

Quia ut res militaris non constat, nisi sub uno duce: sic hic summa ipsa rerum non constabit, nisi singularum partium potestas ad unam providentiâ referatur.

Quia dicere multorum arbitrio cuncta regi, tale est, quale si quis affirmet in uno corpore multas esse mentes: quoniam multa et varia sunt ministeria membrorum, quæ omnia mens sola gubernat.

C *Objectio*: Sunt equidem multi dii, sed unus est summus Rector.

Responsio: Si universi pares non sunt; non igitur dii sunt omnes.

AUCTORITATIBUS.

Prophetarum, Prophete, qui fuerunt admodum multi, unum Deum prædicant, unum loquuntur.

Objectio. Non admittimus illorum testimonia; sunt voces humane.

Responsio. Impleta sunt illorum vaticinia; igitur non fuerunt furiosi nec mendaces, quia ceteros ab omni fraude colubuerunt; et voluntas fingendi ac mentendi eorum est, qui appetunt opes, qui luera desiderant, quæ res procul a sanctis illis viris fuit. Aliqui eorum principes aut etiam reges fuerunt, in quos cadere non potest suspicio fraudis.

Poetarum: nam Orpheus Deum verum *πρωτόγονον* vocat. Sic Virgilius e. Ovidius Deum mundi fabricatorem agnoscunt.

Philosophorum: Thaletis, Pythagoræ, Anaxagoræ, Antisthenis, Cleanthus et Anaximenes, Chrysippi, Zenonis, Aristotelis, Platonis, Ciceronis, Sc. etc.

Mercurii Trismegisti: *Ὁ δὲ Θεὸς εἷς. ὁ δὲ εἷς ὁλόματος οὐ προσδέεται; ἔσται γὰρ ὁ ὅν ἰσάνουτος.*

Silyllarum, quæ omnes unum Deum prædicant.

Apolinis, qui querenti quid esset Deus, respondit: *αὐτοφύης.*